



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Poenitentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

libros, & tantum unum scripsi. Individua vero, quando tantam utilitatem non afferunt, ut si promissum scribere unum librum, & tantum medietatem scripsi.

**7** POENAE apposta in contractu, etiam altero reclamante, dummodo contractus locum habeat, incurritur a non seruantem: secundum Pa. in c. Raynaldus. de test. ubi insertum unum not. quod poena apposta ex conventionem committitur ex sola contradictione facti, quamquam contradictio non habuerit iuris effectum.

**8** S; lex plures poenas ponat alternativae, id est, sub disjunctione, videlicet, puniatur tali vel tali poena: secundum Panorm. in c. inter ceteras. de rescrip. optio eligendi poenam datur iudici: si verba legis ad iudicem dirigantur, ad hoc est l. si fugitivi. cap. de serui fugiti. Si vero dirigantur ad reum, optio ad reum pertinet: ut in l. quicumque. c. de seruis fugiti. Si vero verba impersonaliter proferantur, est dubitatio: tamen abb. ubi supra, tenet propter glo. ibi allegatas, & propter cap. quoniam. ut lite contest. quod optio datur iudici, & non reo, qui reus semper mitiorem poenam eligeret, & sic quasi frustraretur alternativae legis clausula. Consuetudo tamen deberet servari, si esset, quod semper una poena solvatur.

**9** SEMEL punitus in iudicio pro aliquo crimine, non debet amplius pro eodem puniri: quia ut dicitur Na. 2. c. Deus non iudicat bis in idipsum. Et nemo debet duplici contritione contenti: ut in capitu. at si clerici. de iudic. quamvis in eodem iudicio aliquando multiplex imponatur poena, quae tamen omnes poenae pro una sufficienti computantur. Quando lex imponit aliquam poenam facienti aliquod malum, nisi tale malum perficiatur, licet attentetur, poena non venit imponenda: secundum Panormitam: in c. de eo qui mit. in pos. licet alia imponatur poena iudicis arbitrio. Similiter dicitur de poena per statutum posita. Secus autem de poena, quae per iudicis decre-

tum venit imponenda, quia delinquens punitur, ac si opus perfecisset. Ex quo ad actum propinquum pervenit: ut in l. si quis non dicam. capit. de epis. & cle.

POENITENTIA.

**1** POENITENTIA, de qua Tho. in 4. sententia. d. 14. & 16. agit, est virtus moralis pertinet ad iustitiam, puniens peccatum, quod dolet commississe. Est & sacramentum continens contritionem confessionem, & satisfactionem, de quibus supra, Confessio, per totum, & Contritio, per totum. an etiam nolens acceptare aliquam poenitentiam perficiendam in hoc mundo possit absolvi, supra, Confessio, §. 29. & quomodo, si acceptavit, teneatur perficere: licet Ta. in ver. poenitentia. dicat hunc non esse absolvendum. §. 2. & quomodo, si acceptat, & non perficiat, non tenetur iterum confessionem: supra, Confessio, §. 10.

**2** POENITENTIA quaedam erat solennis, sed quia non est amplius in usu, ideo de ipsa non loquimur. Alia est publica tantum, & haec etiam a simplici sacerdote potest imponi, etiam clerico, dummodo non sit solennis, & non debet imponi nisi pro gravi & publico peccato: nec confessor imponens talem poenitentiam publicam, dicitur revelare peccatum, nec confessionem: quia nescitur pro quo peccato dederit talem poenitentiam: secundum Thom. 4. sententia. d. 14. Alia est virtualis, quando quis dolet, de quo dolendum, & quantum est dolendum. Alia est, quam confessor imponit in confessione, de qua supra, Confessio, §. 29. Alia est secundum canones, ut scilicet pro quolibet mortali imponatur septennis. c. hoc ipsum. 33. q. 2. sed quia hodie omnes poenitentiae sunt arbitrariae, consideratis personarum circumstantiis: ut in cap. tempora. 26. q. 2. & c. mensuram. de poenitentia. dist. 1. ideo dimittamus quomodo intelligantur, & de poenitentia data a confessore dicamus.

**3** PERFICIENS poenitentiam datam a confessore in peccato mortali, licet



licet non satisfaciat Deo, satisfacit tamen ecclesie: ita quod non tenetur amplius reconferri de illis peccatis rite confessis, pro quibus data est penitentia, neque tenentur eandem penitentiam reiterare, sed potest cum alia Deo satisfacere. supra, Confessio sacramentalis. §. 10. infra, Satisfactio. §. quinto.

¶ **I**n ultimo vitæ, secundum Thom. in 4. sent. d. 20. quilibet peccator potest penitentiam peragere: quia manet in eo vsus liberi arbitrij, quo mediante Dei auxilio potest ad gratiam se quilibet disponere, quanquam talis penitentia sit valde dubia: secundum Augu. per e. quem penitet. de pen. d. 7. Ideo qui à dubio vult liberari, dum sanus & mentis compos est, penitentiam agat.

## PERCVSSIO.

¶ **P**ERCVTERE aliquem, id est, verberibus affigere contra iustitiam, peccatum mortale ex suo genere est: quia & ei nocementum infertur, & iniuria. Si tamen percussio levis sit, & parua iniuria, propter imperfectionem actus erit venialis culpa. Quod si percussio fiat secundum iustitiam ab eo, qui auctoritatem corrigendi habet, ut à prælato, patre, iudice, vel huiusmodi, peccatum non est, nisi in corrigendo modum excederent, vel animo iniuriandi, & non ex charitate facerent: non tamen possunt mutilare, vel occidere, nisi sint domini alicuius perfecte communitatis, ut sunt principes civitatum, & huiusmodi, non autem princeps vnius tantum familie, vel collegij: ex Sanct. Thom. secunda secundæ. q. 61. a. 2.

¶ **C**LERICI in minoribus causa correctionis possunt verberari, etiam pro leuibus culpis, non autem in sacris existentes, nisi pro maioribus criminibus debent verberari. ca. cum beatus. 45. dist. & c. disciplina.

¶ **R**EGVLARES verberantur à prælatis iuxta tenorem suarum constitutionum, etiam pro leuioribus. citra tamen sanguinem. c. reprehensibilis. de appel. in fin. Intellige effusionem enox

mem: secundum Gul. ar. in cap. archie piscopatium. de rap. In huiusmodi autem correctionibus debet attendi consuetudo, quæ est optima legum interpres: quia quandoque consuevit fieri percussio per prælatum, quandoque per alium de mandato ipsius, & coram. Vide Tab. ver. excommunicat. j. casu primo §. 7.

¶ **E**PISCOPO non licet aliquem proprijs manibus verberare. c. non liceat. 86. d. Alijs autem prælatis sic. d. 44. §. Salomon.

¶ **R**ELIGIOSI non debent verberari per laicos, nisi quando sunt incorrigibiles, vel aliter reprimi non possunt, sed per alios regulares vel seculares clericos. Quomodo autem, & pro quo crimine fiat degradatio, vide But. in cap. & si. de iudi. Silu. versic. degradatio. §. 4.

## PEREGRINVS.

¶ **P**EREGRINI proprie, qui vadunt ad visitandum alienas ecclesias, vel sanctorum corpora, sunt sub protectione ecclesie. capitu. innouamus. de treu. & pa. & qui eos spoliant rebus suis, sunt excommunicandi. capitul. si quis Romipetas. 24. qu. 3. Nunc autem per processum cutis sunt excommunicati, qui peregrinantes Romam, & Hierusalem spoliant. supra, Excommunicatio 4.

¶ **R**ES peregrinorum sunt suorum hereditum, & debent eis restitui quando moriuntur, si commodè possunt inueniri, aliter qui capiunt animo non restituenti, mortaliter agunt. Si autem non possunt inueniri, vel non commodè possunt hereditibus restitui, quia sunt in longinquis partibus, vel esset opus magna expensa, vel huiusmodi, debet pauperibus erogari, non obstante statuto vel consuetudine in contrarium. secundum Host. Contra enim diuinam legem consuetudo non tenet, nec contra bonos mores.

¶ **Q**UOMODO peregrini possunt admitti ad ordines, & ad alia, si habent literas testimoniales sui episcopi, cuius sigillum sit notum: vide capit. cum secundum, de præben. & c. sopite. de cen.